

aurum alchymicum non habet intrinsicam perfectionem, & virtutem, & valorem veri auri naturalis, adeoque nequeat quis eo uti in commerciis, nec cum ipsis liceat solvere debita, quod vergeret in nimium damnum tertii. Sic Divus Thomas 2. 2. *quest. 77. art. 2. ad 1.* Albert. Brun. in *tract. de monet. augm. presupp. 1. num. 13.* Farinae *quest. 115. de crim. las. majest. Sylvester. verb. Alchimia, Joann. Crot. in tract. de rest. rub. in caus. civil. quis possit esse testis n. 179. Pignatell. tom. 9. cons. 2. n. 75. & alii.*

10 Alii tandem tenent absolute esse damnata, & reprobata artem alchimie faciendi aurum, vel argentum. Sic Sanchez in *decalog. lib. 2. cap. 49. num. 51.* Summa Angelica, Valentia, & Margarita Decreti Gratiani edita per Patrem Martinum, Ordinis Prædicatorum, Domini Papæ tunc Pœnitentiam, & Cappell. ubi *verb. Alchimia habetur expressè:* "Alchimia videtur esse ars reprobata, quia qui credit unam speciem posse transferri in aliam, vel similem, nisi ab ipso Creatore, infidelis est, & pagano deterior." *Et cit. caus. 26. q. 5. cap. Episcopi, circa finem, in qua causa habentur ad litteram ista verba:* "Quisquis ergo credit posse aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior."

11 Et ratio est, quia ars alchimie est exposita multis fraudationum periculis, & sæpe demon se illi operationi ingerit, ut pluribus exemplis competunt est, & præcipue de prestigatore quodam Diabolico, qui postquam per artem chymicam fingendo facere verum aurum, plures deciperet, ab Anastasio Imperatore detectus in castello relegatus miserè perit, ut ex Cedreno refert Martinus Delrius, & de Marco Bragadino, qui cum suæ artis chymicæ prestigii multos verum aurum confectum fixisset, ita ut à nonnullis Rex auri Venetis appellaretur, tandem à Duce Bavarie, ad quem confugerat, de suis prestigiis convictus, & morti adjudicatus, cum ad patibulum duccretur, confessus est nunquam se in vita factum fuisse aurum, nec se credere illius faciendi ullam inter homines artem extare. Sic refert Paulus Comitulus *lib. 3. q. 33. respons. moral. num. 5. sic concludens: Aurea furca digna confessio.*

12 Ex his omnibus concludendum est, quod quamvis ars chymica physice defendi possit, maxime in magnis, & divitiis Principibus, in quibus, ex quo agant cum consilio sapientium, cessant pericula superstitionis, & damnificationis reipublice; moraliter tamen improbat, & maxime in non nimis divitiibus, & privatis omnibus, in quibus hæc ars est plena periculi, cum isti soleant ipsam exercere solummodo turpis lucri gratia, & auro illo uti intendant ad commercia, medicinas, & monetarum mixtionem; & dato etiam, quod ipsi ad ista non essent eo usuri, periculum evidens est, ne utantur hæredes; quod ut dictum est *num. 1.* est omnino illicitum. Ultraquamquod isti hac arte depauperantur, familia necessaria subtrahunt, quorum defectu ad non paucas superstitiones, & præstigia recurrit, cum semper hac arte decipiantur ipsi, & alios decipiant, spondendo, ut dicit Pontifex, quas non exhibent divitias pauperes alchimista, redditi de die in diem miserabiliores, & cum magno etiam aliorum præjudicio ad extremam usque redacti miseriam; quare eos, ut fallaces, mendaces, & vanitatis amatores, ac reipublice noxios sub gravissimis poenis damnavit Joann. XXII. in *ci. cap. Spondens.* Sic tenent Turreblanca *de jure spirit. lib. 1. cap. 4. num. 47. cum sequenti.* Barbosa *tom. 6. additamentum ad collect. Doct. fol. 142.* Franciscus de Pavinis in *Aporilla ad extravagant. Joan. XXI. num. 12.* Martinus Delrius *leg. 1. cap. 5. num. 4. §. Denique, Paulus Comitulus lib. 3. quest. 33. Schnorrenberg, Anacler. D. Thomas, Sylvester, Farinae, Joann. Crot. Pignatell. cum aliis cit. pro secunda sententia; & à fortiori Sanchez, Summa Angelica, & alii citat. pro tertia sententia, & omnes tenentes non posse ab alchimistis fieri verum aurum, ut Avicena relatur, ab Egid. Com. *quodlibet. 3. quest. 8. meteorologie lib. I. Ipe Egidius, ibi, Averroes in paraphrasi in 2. lib. de generation. animal. Conciliator different. 209. Cardenas lib. 10. de varietate rerum,**

*cap. 51. Tostatus, Palat. Chassan. Penna, Binsfel. & alii citati à Turreblanca, loco superius citato.* Unde ex his omnibus patet, dicit Martinus Delrius *lib. 1. cap. 5. q. 4. fol. 69. verb. Quarto,* optimam esse (quam ajunt Angliæ) legem, ne cui siæe permisso Principis sub poena capitis liceat alchimiam exercere; quam legem expedit etiam alibi ferri.

Alia ad rem, vide *verb. Falsum, Falsarius, n. 36. 16*  
 Alchimia, seu chimia est *Ars sacra, seu flatoria auri consuetudinaria, ut legitur in Lexico hujus artis.* *Quæ à veteri scriptore, Joanne Antiocheno apud Suidam, Archa ab infimis græcis Scriptoribus appellatur. Cur chimia hæc ars dicatur, non adhuc liquet. Vide P. Lambecum lib. 6. Biblioth. Cesar. pag. 174. Georg. Syncellum pag. 14. & Menagium in verb. Alchimie, De ortu & progressu hujus artis, consule Olai Borrichii dissertationem, de ortu, & progressu chimie.*

Saniores omnes putant hanc transmutationem fictitiam esse; alii totis lacertis pugnant pro veritate hujus transmutationis: rationes utraque partis late referunt Petrus de magia, *lib. 1. cap. 12. Valentia 2. 2. disp. 6. num. 13. punct. 2. difficul. ult. & latius Martinus del Rio, lib. 1. disp. mag. cap. 5. quest. 1. sect. 2. & 3.*

Qui de vanissima alchimie arte plura cupit, adeat 19 Wilhelmum Anissonum in *philosophia pirotechnica, christianum Adulphum, Balduinum in Auro hermet. Becherum in physic. subter. & in supplement. secund. in physic. subter. seu de transm. metal. in aur. Blawensteinium in interpellat. pro lapide philosoph. claudura Kircherum, Carantam de natura auri artefacti, Claverum de virtutibus universalibus, Borellum in Biblioth. Chymic. Rogerium Baconem, Miroir d'Alchimie, Barlet le vray & methodique cours de la Physique resoluive vulgarem: dit Chymic. Et qui contra chymicos scripserunt Major. exam. furorum pseudo chymicorum detecti. La Sferza degli Alchimisti, Uden. norrenia chymic. Erasms. in Dialog. de alchym.*

(Vide circa hæc materiam: cum sit privata momentam eudendi potestas: an qui eam dicit, tondit, radit, aut rescindit, fiat alevus: an servus, aut filius: familias de mandato domini, aut patris exercitio hujusmodi se immiscens cum ceteris ad idem perhibentibus, à poena excusetur: Regis esse talem potestatem, ad 1. responderetur: ad 2. affirmative: ad 3. denique negative, leg. 7. tit. 12. 21. tit. 4. lib. 4. For. Reg. 68. in lege Styli 1. & 2. tit. 2. part. 7. 4. tit. 6. 23. tit. 19. lib. 8. Ord. Reg. 67. & 68. tit. 21. lib. 5. §. 6. tit. 17. lib. 8. Recop. Casteh. aliquod conductu lex 12. & 13. tit. 23. lib. 4. Indiar. neque erit extraneum animadvertere, omnes causas ex hac falsificatione dimanantes esse à iudicibus ordinariis efformandas & definiendas; Reg. *Schedula 26. Novemb. an. 1772.*)

ALIENARE, ALIENATIO.

ARTICULUS I.

Quod ea, quæ veniunt sub nomine alienationis bonorum ecclesiasticorum mobilium, & immobilium.

SUMMARIUM.

- 1 Alienatio bonorum ecclesie sine justa causa, & debita solemnitate est prohibita triplici jure, scilicet divino, civili, & canonico.
- 2 Alienationis nomine venit omnis actus, quo dominium rei directum, vel utile, aut usufructus, seu jus in aliorum transferuntur.
- 3 Alienari prohibentur immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata.
- 4 Et quantum ad præsens veniunt etiam nomine immobilium servitus prædiorum, jura piscandi, venandi & similia.
- 5 Sic etiam veniunt nomine immobilium census, & annui redditus.
- 6 Sic tandem nomine immobilium quantum ad præsens veniunt certa summa pecuniæ specialiter deputata ad

- emptionem immobilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, vel ad edificandam ecclesiam, aut pro gravissimis ecclesie necessitatibus.
- 7 Nomine mobilium pretiosorum, quæ alienari non possunt, veniunt quæ sunt de thesauro ecclesie, vel quæ propter pretium, artem, raritatem, & antiquitatem conferunt ecclesie specialem splendorem, & similia excedentia valore vigintiquinque aureorum.
- 8 Sic nomine mobilium pretiosorum veniunt insignes reliquie Sanctorum, maxime si in ecclesie muro sint clausæ, vel ibi perpetua sepultura tradite.
- 9 Item nomine mobilium pretiosorum veniunt illa mobilia ex quorum fructibus annui redditus solent percipi ab ecclesia, seu monasterio.
- 10 Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilem veniunt arbores frugiferae, seu prædio necessaria, ut illis sublatis prædium reddatur graviter deterius; unde beneficiatus incidere faciens tales arbores in bonis ecclesie, & in propriis usus convertens, dicitur alienare, & censuras incurrit.
- 11 Non peccant tamen, nec incurunt censuras beneficiati incidere facientes arbores inutiles, & noctivas.
- 12 Auditori supplementa.
- 13 Novæ additiones ex aliena manu, ad num. 17.

ALIENATIO bonorum ecclesie sine justa causa, & debita solemnitate est prohibita triplici jure, scilicet jure divino: Levitic. *cap. 25. & 27. jure civili, leg. Jubemus 2. cod. de sacrosanctis ecclesiis, & jure canonico, capit. Apostolicos 13. cap. Sine exceptione 50. caus. 12. quest. 2. cap. fin. de rebus eccles. non alienand. Clemente I. eodem titulo extravagant. Ambitiose, eodem titulo inter communes, & Trident. de reform. sess. 22. capit. 11. & sess. 25. cap. 11. §. Bona ecclesie, seu ecclesiastica sunt quæ pertinent ad ecclesiam, beneficia, monasteria, hospitalia, eremitoria, capellas, dammodò hæc auctoritate Episcopali sint fundata: nam bona collegiorum, confratrum, aut communitatum secularium, neque sunt ecclesiastica, neque cadunt sub prohibitionibus, de quibus in hoc titulo. ¶*

Alienationis nomine venit omnis actus, quo dominium rei directum, vel utile, aut usufructus, seu jus in alterum transferuntur; id est, donatio, permutatio, venditio, emptio, cessio, concessio, hypotheca, emphyteusis; colligitur ex cap. Nulli §. hoc titulo, ex cap. Apostolicos 12. q. 2. & expressè habetur in extravagant. Pauli II. incipiente: Ambitiose, sub hoc titulo inter communes, præcisè his verbis: "Omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transferuntur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum ecclesiis evidenti utilitate, ac de fructibus, & de bonis quæ servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia, hæc perpetuo vallura constitutione præsentem ferri prohibentur." (Leg. 1. tit. 5. lib. 1. For. Reg. 1. tit. 14. part. 1. 3. tit. 2. lib. 1. Ord. Reg. 5. 6. & 7. tit. 2. lib. 1. Recop. Cast. ab hac doctrina parum discrepant. Vide etiam leg. 10. tit. 33. part. 7.)

Alienari prohibentur immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata: citat. extravagant. Ambitiose, sub initio; & nomine immobilium veniunt omnia, quæ loco moveri non possunt, ut prædia, domus, agri, & similia: Et quantum ad præsens veniunt etiam nomine immobilium servitus prædiorum, ut jura piscandi, venandi, & similia, ut leg. ult. §. fin. cod. de præscripti long. temp. ibi: "Eadem observando, etsi res non soli sint, sed incorporatæ, quæ in jure consistant, velut usufructus, & ceteræ servitus, & concordant Clem. I. de rebus ecclesie non alienandis; his verbis: jura, redditus, aut possessiones ejusmodi non stent."

Sic etiam veniunt nomine immobilium census & annui redditus, ut expressè habetur in Clement. Exivi, §. Cunque annui redditus, de verborum significatione, his præcisè verbis: Cunque annui redditus inter immobilia

consentitur à jure. Sic etiam nomine immobilium veniunt jura & actiones ad immobilia, colligitur ex cap. 2. de rebus ecclesie non alienand. in 6. ubi jura, & actiones ad immobilia equiparantur immobilibus; ibi: bona immobilia, aut jura ecclesiarum, & leg. Qui actionem, ff. de reg. jur. ibi: Qui actionem habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur.

Sic tandem nomine immobilium, quantum ad præsens, venit certa summa pecuniæ specialiter deputata ad emptionem immobilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, vel ad edificandam ecclesiam, aut pro gravissimis ecclesie necessitatibus, maxime si cum superioris auctoritate, & Clericorum consensu ad id fuerit retenta, colligitur ex leg. 3. Quid ergo, ff. de contraria, & util. actione tutel. ubi pecuniam ad prædiorum comparationem depositam tutor alienare non potest. Sic tenent Engel *lib. 3. tit. 13. n. 7.* Anacler. Azorius, Quaranta, & plurimi alii cum Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 95. num. 41.

Nomine mobilium pretiosorum, quæ alienari non possunt, veniunt quæ sunt de thesauro ecclesie, vel quæ propter pretium, artem, raritatem, & antiquitatem conferunt ecclesie specialem splendorem, ut sunt vasa aurea, argentea, vestes pretiosæ, gemmæ, ornamenta pretiosa, copiosa bibliotheca librorum, & similia excedentia valore vigintiquinque aureorum, prout declarasse Sacram Congreg. referunt Valdes, & alii apud Donatum *tom. 7. tract. 14. q. 48.* Vide infra art. 3. num. 3. & 4. Sic Engel de rebus eccles. non alienand. *lib. 3. tit. 13. num. 5.* Pithing. *codex tit. num. 12.* Azorius, Anacler., & cum pluribus Barbosa de offic. & potestate Episc. part. 3. allegat. 95. num. 30.

Sic etiam nomine mobilium pretiosorum veniunt insignes reliquie Sanctorum, maxime si in ecclesie muro sint clausæ, vel ibi perpetua sepultura traditæ, quia est pretio non æquantur, sunt tamen supra omne pretium; Lezana *cap. 10. num. 4. in princip. & verb. Alienare, num. 4.* Riccius in *praxi part. 1. decr. 63.* Engel, Bonacina, & cum pluribus Barbosa *sup. citat.* Modica autem Reliquia jam facta alienabilis potest alienari sine Sedis Apostolicæ facultate ex decreto Sac. Rit. Congr. in *Asiens. 8. Julii 1602.* apud Barbosa *decis. apert. verb. Reliquie Sanctorum.* Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilem veniunt illa mobilia, ex quorum fructibus annui redditus solent percipi ab ecclesia, seu monasterio, ut greg ovium, armentum bovum, præsepium equorum; non autem eorum fructus, cum licitum sit vendere, & alienare arietes, hircos, hodos, vitulos, eunos, & hujusmodi. Sic Molina *tit. 1. de iustitia & jure disp. 465. num. 4.* Filiucius Pithing. *hoc tit. num. 12.* Sannig. Bonacina, & alii cum Barbosa *loco citat.* (Pendè consonant leg. 2. §. 3. tit. 14. part. 1. in prima etiam assertur, quod quavis possint alienari, non verò si à principe, ejusve uxore fuerint reseclesiis relicte: Quæ autem mobiles aut immobiles dicantur, patet ex eadem: melius equidem ex leg. 4. tit. 29. part. 3. 1. tit. 17. part. 2. leg. 1. tit. 33. part. 7. Vide leg. 4. §. 5. tit. 6. lib. 3. For. Reg. leg. 12. tit. 8. lib. 1. Ord. Reg. cum q. tit. 2. lib. 1. Recop. Casteh.)

Item nomine mobilium pretiosorum inalienabilem veniunt arbores frugiferae, seu prædio necessaria, ut illis sublatis prædium reddatur graviter deterius. Unde beneficiatus incidere faciens tales arbores in bonis ecclesie, & in propriis usus convertens, dicitur alienare, & censuras extravag. Pauli II. incip. Ambitiose, & Tridentin. sess. 22. cap. 11. incurrit, ut decisum fuisse à Sac. Congreg. referunt Gallet. *Margarita casuum conscientie, verb. Bona pag. 27.* & Bonacina *disp. 1. q. 18. punct. 4. num. 7.* cum Barbosa, in *Trident. rest. 22. cap. 11. de reform.* Non peccant tamen, nec incurunt tales censuras beneficiati incidere facientes arbores inutiles, ac nocivas; v. gr. quando ob densitatem, & vicinitatem sunt impedimento aliarum augmento, vel quando loco earum reponuntur arbores frugiferae; hæc enim, & similia sunt utilia fundo, & secundum regulas agriculturæ: Sic Lezana, *verb. Alienare num. 15.* Quaranta in *Summa Bull. verb. Alienat. num. 33.* Peyrin, & alii passim. Vide infra art. 4. num. 15. ad 17.



ARTICULUS II.

Alienatio quoad causas, & solemnitates juris ad eam requisitas.

SUMMARIUM.

- 12 \* Attendenda sunt, quæ tradit Card. Petra, tom. 5. comment. ad consil. 5. Pauli II. sect. 2. num. 15. de Superiore regulari incidere faciente arbores fructiferas in proprio viridario: Videtur simile dubium fuisse propositum in Sac. Congr. Concil. sub die 27. Junii 1665. ibi: "Nonnulli regulares religiosæ conscientie supplices petunt, ut per hanc Sacram Congregationem declaretur, an Prælati, sive Superior regularis possit incidere, seu incidere facere in suo monasterio, seu viridario arbores fructiferas, ibidem existentes, & incidendo, seu incidendo mandando, incidat in pœnas comminatas in extravag. Ambrosiæ, de rebus in eccles. non alien. & in decretis generalibus hujus Sac. Congregationis de reb. Regul. alien. Sac. Congr. censuit: Non respondendum, nisi in casibus particularibus tom. 24. decret. pag. 535. Et quidem optima ratione, quia aliquando in viridariis opus est arbores renovare, & alias eradicare pro majori utilitate ipsius, & sic debet considerari fructus comparative ad viridarium, & non ad singulas arbores. Unde in dubio incisionis arborum 29. Julii 1684. Sac. Congr. dixit, ad mentem, quæ fuit non incidisse in pœnas contentas in decret. de rebus eccles. non alien. Prælatum regularem, qui arbores incidere, alias subrogando in aptiori loco. Et alia quoad incisionem arborum, vide late Passerinus de statu hom. tom. 1. q. 185. art. 7. n. 340. & seq. ubi dicitur Passerinus inter alia notabilia sub num. 367. assertit quod incidere licet possunt arbores, si materia sit parva, & ex incisione fundus non reddatur notabiliter deterior, citans ad id Rotam decis. 553. p. 2. recent. Peyrin. Lezanam, Donatum, Ciarrinum; & concludit quod non dubitat hujusmodi notabile detrimentum non esse arbitrium, & considerandum tam ex quantitate, & qualitate arborum, quam ex fine, ad quem fuerunt plantatæ. Unde potest contingere quod in ordine ad pœnas incurrendas, nec incisio iniquæ, sex, decem, & amplius arborum, si sint parvæ & vix nata, ferat modicum nocumentum, & quod contra, unus solus singularissimæ in suis qualitibus sit notabiliter æstimanda, & reddat fundum notabiliter deteriorem."
- 13 Rerum ecclesiæ alienatio regulariter est prohibita. "Subiectum hujus regulæ (inquæ Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 13. §. 18.) respicit bona ecclesiastica, prædicatum alienationem. Illa quascunque res immobiles non tantum ad ecclesias, sed etiam ad monasteria, aliaque pia sodalitia, ut & ordines militares pertinentes complectuntur &c. Hæc alienatio videlicet comprehendit omnem actum, per quem ad translationem domini sive in totum sive pro parte similique juris in re devolvitur &c. adeoque nequidem in rebus ecclesiasticis permissum est constituere pignus, aut servitutem realem, aut usumfructum &c."
- 14 De origine, progressu, fati variis, & præsentis status prohibiti alienationis rerum ecclesiæ, vid. Gonzal. in comment. ad cap. 1. n. 5. & seq. tit. 10. lib. 3. decretal. & qui cautè tamen est legendus, Bohemer. in decretal. lib. 3. ad tit. 13. §. ad plur. sequent. Rouseaud de la Combe in Jurisprudencia canon. verb. Alienatio bonor. eccles. sect. 1. fere per tot.
- 15 Bona ecclesiæ vel sunt communia, vel sunt mensalia. Illa in genere ad patrimonium ecclesiæ spectant: Hæc spectant destinata sunt ad sustentationem eorum, qui ecclesiis inserviunt, & officio sacro annectuntur, Bohemer. ubi supra §. 16. & sequent. dub.
- 16 Bona communia licet prohibita sint alienari, possunt tamen alienari cum solemnitate canonica. De bonis verò mensalibus gravis questio est, an ea cum solemnitate canonica alienari queant. Negat Linker respons. 2. num. 71. Affirmat verò Harprecht. respons. 57. n. 75. Eique adhæret videtur Bohemer. loco citato §. 24. & plur. sequent. Si stetur priori opinioni, alienatio bonorum mensalium non facta de speciali consensu Patris, ne tempore quidem immemorabili convallidatur, Linker. ubi supra.
- 17 Sub prohibita alienatione rerum ecclesiæ venire jus percipiendi fructus, nequaquam verò commoditatem fructuum, firmat Lanfredin. respons. eccles. 16. n. 16. & seq.

- 1 Causæ justæ, ob quas bona ecclesiæ alienari possunt, sunt quatuor: Prima est evidens ecclesiæ necessitas.
- 2 Secunda est manifesta ecclesiæ utilitas.
- 3 Tertia est pietas.
- 4 Quarta est incommoditas.
- 5 Solemnitates requiritæ ad alienationem bonorum ecclesiasticorum sunt pariter quatuor: Prima quod præcedat tractatus capitularis.
- 6 Secunda, quod adsit consensus totius capituli, vel saltem majoris, aut sanioris partis.
- 7 Tertia, quod fiat subscriptio à capitularibus.
- 8 Quarta, quod interveniat consensus superioris talis ecclesiæ, & consensus Summi Pontificis.
- 9 Consensus autem patroni non requiritur ad alienationem rerum ecclesiasticarum, nisi accedat auctoritas, & beneplacitum Summi Pontificis.
- 10 Novæ add. ex aliena manu, ad num. 15.

Causæ justæ, ob quas bona ecclesiæ alienari possunt, sunt quatuor. Prima est evidens ecclesiæ necessitas, cui aliter subveniri non potest, v. gr. si ecclesiæ ære alieno sit gravata, nec habeat, unde aliter solvat, aut quando similis causa necessitatis extreme id deposcit: habetur in Clement. I. de rebus ecclesiæ non alienandis, ubi excipitur casus necessitatis his verbis: Nisi necessitas monasterii hoc exposcat, & cap. 1. de pignoribus hoc titulo, his aliis verbis: nisi justissima necessitate exigente.

Secunda est manifesta ecclesiæ utilitas, v. gr. si res aliqua ecclesiæ alienetur ad aliam meliorem emendam, vel in aliam meliorem commutetur; habetur cap. sine exceptione 12. q. 2. his verbis: nisi forte aliquid harum faciat, ut meliora præcipiat, & cum totius cleri tractatu, atque consensu id obligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ, & expresse cap. ut super 8. §. fin. hoc titulo præcisè verbis: Possessiones verò, quæ ecclesiæ tuæ minus sunt utiles, pro aliis utilioribus de fratribus tuorum, & sanioris partis consilio, & assensu alienandi, seu commutandi liberam concedimus facultatem. Unde non sufficit, quod ecclesiæ non dampnetur, sed requiritur manifesta melioratio, & evidens lucrum tempore alienationis, ut juxta cit. cap. sine exceptione, 12. q. 2. de dicit Sac. Rota in Bonapiensis 16. Nov. 1621. cor. Reverendiss. Domino Coccinio Decano.

Tertia est pietas, v. gr. si bona ecclesiæ alienentur, pro redimendis captivis, pro alendis pauperibus tempore magnæ famis, pro augmentatione cœmeterii ad sepulturam fidelium, pro ædificatione ecclesiæ, cap. Aurum 12. q. 2. ubi ex S. Ambrosio lib. 2. de officiis cap. 28. habetur quod pro his, & similibus liceat vasa sacra frangere, vendere, & pretium erogare, si non alia suppetant; & leg. Sancimus 21. cod. de sacros. ecclesiis, habetur expresse, quod absurdum non est animas hominum quibuscumque casis vel vestimentis præferri.

Quarta est incommoditas, v. gr. si res alienanda plus incommodat, quam commoditas ecclesiæ afferat, ut si multum distet, vel fructus non possint percipi, nisi cum magno dispendio: cap. Terrulas 12. q. 2. Et sic tenent Glossa in Summa casus. 12. Abbas in cap. Nulli, numer. 5. hoc tit. Barbosa, lib. 3. jur. eccles. univers. cap. 30. Sylvester verb. Alienatio, q. 1. Covarrubias, resol. 1. cap. 17. num. 2. Molina, disp. 468. Navarr. Layman. & alii communiter.

Solemnitates requiritæ ad alienationem bonorum ecclesiasticorum sunt pariter quatuor: Prima, quod præcedat tractatus capitularis, id est; Prælati cum capitulo, vel conventu consulat, an expediat talem rem alienare, necnon, cap. sine exceptione, cap. Tua nuper 8. de his, quæ fiunt à Prælat. cap. 1. hoc tit. num. 6.

Secunda, quod adsit consensus totius capituli, vel sal-

saltem majoris, aut sanioris partis ipsius, cap. sine exceptione 11. q. 2. & cap. ut super 8. final. hoc tit. ubi habentur præcisè verba: De fratribus tuorum, & sanioris partis consilio, & consensu.

Tertia, quod fiat subscriptio à capitularibus, cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. ubi expresse dicitur: Irrita erit Episcoporum donatio, & venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque collaudatione, & subscriptione Clericorum.

Quarta, quod interveniat consensus Summi Pontificis, cap. 2. hoc tit. in 6. & cit. extravagan. Ambrosiæ. Consensus autem patroni non requiritur ad alienationem rerum ecclesiasticarum, si accedat auctoritas, & beneplacitum Summi Pontificis, cum ipsi patroni in rebus, quas ecclesiis conferunt, nullam habeant potestatem, ut expresse habetur cap. Novitum 10. q. 1. ex Conc. Toletan. IV. his verbis: Novitum conditores basilicarum in rebus, quas eidem ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed juxta canonem instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere, & cap. de rebus 12. q. 2. & sic Rota Rom. part. 9. tom. 1. dec. 114. num. 9. Anacleo. Pirhing. hoc tit. num. 6. cum aliis passim.

De justa causa requisita in alienatione rerum ecclesiæ disputari solet, utrum satis sit quod intervenierit de tempore initii contractus, an intervenierit quoque debeat de tempore executionis beneplacitii apostolici. Cardinal. Petra in comment. ad constitut. apost. constit. 1. Divi Leonis Magni sect. 4. num. 132. & plur. sequent. modicus tenet justam causam requiri de tempore quoque executionis beneplacitii apostolici, idque etiam si torsus tenor contractus Summo Pontifici fuisset expressus. Ejusque sententiam sequuta est Rota in Lycien. transactionis 20. Junii 1755. §. 32. cor. Illustriss. Molin.

In transactione quando dicitur concurrere evidens ecclesiæ utilitas, res non est adeo expedita, uti in ceteris contractibus, Consule Clarin. controver. for. lib. 1. cap. 8. n. 64. Urceol. de transact. q. 25. n. 18. Nicol. ad Monet. de dec. adnot. 1. n. 263. Rot. in d. Lycien. transaction. 4. Mart. 1754 §. 20. 17. Jan. 1755. §. 29. & 20. Junii ejusdem anni §. 3. cor. Illustriss. Molin.

Confirmatum jam contractu inito cum ecclesiâ, ab eo si ipsa ecclesiâ recedere velit, tenetur probare defectum justæ causæ, contra verò contractum non dum confirmatum, laicus, si pro confirmatione instet, probare debet justam causam, Piton. discept. eccles. 153. num. 24. Rota cor. Coccin. dec. 1336.

Solemnitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiæ, de quibus agit Auctor. ad num. 5. ad fin. aliqui addunt substationem, moti Aurb. Hoc jus porrectum cod. sacros. eccles. Nulla verò hujus requisitum occurrit mentio in jure canonico, secundum quod hodie in alienandis rebus ecclesiæ proceditur. Quocirca necessaria haud est substatio in alienatione rerum ecclesiæ. Brunem. in d. aurbent. Hoc jus porrectum, n. 14. & seq. Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 13. §. 46. & seq.

Priusquam extravagantis Ambrosiæ à D. Pauli II. Sanctitate editæ, promulgatio fieret, erat præventum jure hispano, Summi Præsulis veniam, ad rerum ecclesiarum alienationem faciendam, haud esse prærequisitam, sed quacumque sig-natis rationibus interveniente (1) Prælati (2), consensumque majoris partis capituli (3), sufficere. Tali enim præter alia fundamenta suffulti, plures ex Auctoribus Regnicolis penè inusitatum prædictam extravagantem, non solum quoad contractuum nullitatem à regulis ibidem præscriptis deviantium, verum etiam quoad pœnas stabilitas, consenserunt; alii autem, standum esse consuetudini, sunt opinati; non desere, qui quoad pœnas extrinsecas fere apud omnes receptam fuisse, quoad intrinsecas nullibi observari, asseverarunt. Quidquid equidem sit ex præfatis opinionibus, est habendum pro comperto, transactis jam jam ab extravagantis expeditione ducentis circiter annis, nec R. Nuntium Apostolicum, nisi pro certa summa in permutationibus, alienationibusque ceteris bonorum ecclesiasticorum immiscendum esse, fuisse concordatum (4); passimque occurrere casus, qui Prælati interveniente auctoritate, prævia utilitatis informatione effectum sortiuntur, nec de pœnarum incursione mentionem ferri, advertitur.

(1) L. 5. tit. 14. part. 4. B por alguna destas seis maneras se pueden enagenar las cosas de las iglesias, è non de otra guisa: L. 6. tit. 2. lib. 1. ibi: O enagenada sin derecho.

(2) L. 2. ejusd. ibi: Enagenar pueden los Prelados los bienes de sus iglesias en alguna de las seis maneras, que son dichas en la ley ante de estas:

(Bianchi à nostra leg. 1. tit. 14. part. 1. sex enumerentur cause ad alienationem efficiendam, in precedentibus comprehenduntur; capituli consensus cum ejus subscriptione, atque monasterii sigillo quod requiritur, lex 63. tit. 18. part. 3. demonstrat. Nemini in dubium venit, ecclesiæ sicut minori 25. an. esse subveniendum; aquabiliter uni restitutionem ac alteri concedi, lex 10. tit. 19. part. 6. præcipit; si auctoritas & consensus capituli eam justa causa ad rerum suarum alienationem requiritur, ut supra advertitur, ad minorum absque previo judicis decreto, præsentique utilitate nequit procedi, leg. 4. tit. 5. 8. tit. 13. part. 5. 18. tit. 16. part. 6. idem venit per consequentiam, quod sicut per jus nostrum hispanum decernitur, non posse ad res minorum alienandas, nisi per triginta dies, præcipue immobiles subhastentur, procedi; leg. 60. tit. 18. part. 3. etiam indicat lex 5. tit. 19. part. 6. est assentiendum; per idem tempus res ecclesiæ auctioni, & hæc publice subfici debere; manet responsum ad dubium num. 14. animadvertendum. Videatur verb. Emptio, in add. hispanicis, ubi verba prædictarum legum 4. tit. 5. part. 5. & 60. tit. 18. part. 3. in comprobationem assertionis necessaria referuntur; & verb. Hypotheca, quo in loco; leg. 8. tit. 13. part. 5. & 18. tit. 16. part. 6. perspicuntur.)

ARTICULUS III.

Alienatio quoad ea, quæ alienari possunt sine solemnitatibus.

SUMMARIUM.

- 1 Absque talibus solemnitatibus alienari possunt: Primo Terrula, alique fundi steriles, & exigui valoris, minusque utiles ecclesiæ.
- 2 Canonici Terrulas non faciunt derogationem per extravagantem Ambrosiæ, nec per Tridentinam.
- 3 Terrula, & res modici valoris sunt, quæ non estimantur ultra viginti solidos, seu vigintiquinque scuta aurea.
- 4 Scutum aureum constituitur ex Paulis sexdecim, & sic 25. scuta aurea constituitur scuta quadraginta monete romane; unde Episcopi non possunt concedere facultatem alienandi ultra dictam summam; nec conversuto in contrarium est toleranda.
- 5 Secundo sine talibus solemnitatibus alienari possunt immobilia relicta monasterio, seu ecclesiæ incapaci reitinenti ad n. 6. V. tamen verb. Syndicus post num. 19.
- 6 Tertio sine solemnitatibus potest fieri locatio, atque conductio rei ecclesiasticæ ad triennium.
- 7 Triennium debet intelligi de tribus annis fructiferis.
- 8 Si locatorei fructificantis singulis annis fiat ad novennium simpliciter, & indivisibiliter, est nulla, & invalida, etiam pro primo triennio.
- 9 Si autem locatio fiat ad novennium divisibiliter ad primum, & secundum, & tertium triennium, ut uno

(3) L. 5. tit. 12. ejusd. ibi: Para ser firme è estable, debelo facer con consentimiento de su Cabildo: L. 10. ejusd. ibi: Que vale lo que ficieren la mayor parte: (4) Act. Ac. 6. tit. 8. lib. 1. cap. 22. num. 8. No queremos dar licencia para enagenar, è permutar bienes ecclesiasticos, sino por la suma que nos està concedida en las facultades escritas:

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.R.L.



- uno triennio elapso, semper liberi remaneant contrahentes, tunc valet, & tenet locatio pro primo triennio, quo elapso, si non rescindatur contractus, valet pro secundo, & sic de tertio.
- Quarto sine solemnitatibus possunt dari in feudum, vel emphyteusim res immobiles ecclesie ab antiquo in feudum, vel emphyteusim dari solita.
  - Ad hoc autem ut res ecclesie dicatur solita alienari, requiritur, quod precedat una locatio solemniter, vel due sine solemnitatibus cum spatio quadraginta annorum.
  - Si tamen res ecclesie solita alienari sit denuo incorporata ecclesie, non potest locari sine solemnitatibus.
  - Quinto sine solemnitatibus alienari possunt fructus & alia bona ecclesiastica, que servando servari non possunt.
  - Pro bonis, que servando servari non possunt, intelliguntur ille res mobiles, que non durant triennio, vel que usu consumuntur, & non fructificant.
  - Sexto sine solemnitatibus alienari possunt res ecclesiasticæ, quando cumma alienandi instaret necessitas, & Papa de facili adiri non posset, & esset periculum in mora.
  - Septimo sine solemnitatibus alienari possunt mancipia ecclesie seu servi fugitivi, & qui de fuga revocati, retineri non possunt.
  - Inseruntur novæ additiones ex aliena manu, ad numer. 19.

**A**sque talibus solemnitatibus alienari possunt: Primo Terrulas, alique fundi steriles, & exigui valoris, minusque utiles ecclesie; cap. Terrulas 12. q. 2. ubi expresse dicitur. Terrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesie minus utiles, aut longe positas, parvas, Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrabendi habeat facultatem. Neque huic canoni Terrulas derogatum fuit à Paulo II. in extravaganti. Ambitiosæ, nec à Concilio Tridentino. 25. cap. 11. pro ut declaravit Sac. Congr. Conc. 11. Jan. 1590. Terrulæ autem, & res modici valoris sunt, quæ non estimantur ultra viginti solidos secundum glossam in d. cap. Terrulas, & ut censuit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in una Faventina 22. Maji 1611. in qua viginti solidos ad scuta viginti quinque aurea ascendere declaravit, & in Messanensi 29. Novemb. 1613. ubi asserunt, sic etiam declarasse Paulum V. & in Barensi, in responsione Archiepiscopo visitanti Sacra Limina die 12. April. 1698. dixit: Non posse Episcopum concedere facultatem ultra viginti quinque scuta aurea. Et scutum aureum constituitur ex Paulis sexdecim, & secundum hanc computationem viginti quinque scuta aurea constituunt scuta quadraginta monetæ romanæ; Unde in una Papiensi 15. Maji 1710. censuit licentiam concessam per Ordinarium pro incisione arborum ecclesie in Summa Scutorum 60. non sustineri. Nec valet consuetudo in contrarium, quæ non est toleranda, ut respondit Sac. Congr. in Amalphitana 8. August. 1665. in responsione ad primum.

Secundo sine talibus solemnitatibus alienari possunt immobilia relicta monasterio, seu ecclesie incapaci ea retinendi, ut sunt monasteria Ordinis Minorum de Observantia S. P. Francisci Reformatorum, Cappuccinorum, & Clericorum Regularium, seu Theatinorum, & ratio est, quia talia bona immobilia non sunt monasterio incorporata ob incapacitatem ejusdem, ex Clementin. Exivi. de verb. significat. & ex cap. Exiit qui seminat §. Ad hæc, quia de verb. significat. pro Minoribus, & ex specialia decreto Sac. Congr. Concil. pro Theatinis, ut refert Donatus tom. 1. part. 2. tract. 14. quest. 67. his verbis; Sac. Congr. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, censuit religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiu Institutum superius propositum retineat, quoad bona immobilia non comprehendit in prohibitione nuper edita de rebus ecclesie non alienandis.

Isti enim omnia cum neque in communi bona immobilia, ut agros, vineas, & similia possint possidere, si qua talia eis legantur, possunt ea vendere sine juris solemnitate, & pretium expendere in necessitatem, ac uti-

litatem ecclesie, vel monasterii, ut concessit nostro Ordini de Observantia Clemens VII. 23. Novemb. 1526. in constitutione incip. Nuper. Vide tamen verb. Syndicus Apost. num. 19.

Tertio sine solemnitatibus potest fieri locatio, atque conductio rei ecclesiasticæ ad triennium, cit. extravag. Ambitiosæ, ubi prohibetur solum sine solemnitatibus fieri locationem, & conditionem ultra triennium, adeoque sine ipsis censetur licita ad triennium; Quod triennium, debet intelligi de tribus annis fructiferis, ita ut si alicubi prædia locata fructificant solum singulo biennio, non sunt locari ad sex annos, ut sic conductores tres possint percipere fructus, cum constituto Ambitiosæ respiciat fructus triennales, non autem temporis spatium sine fructu; tunc enim unum biennium, seu triennium semel tantum fructiferum unico æquivaleret anno, ut decidit S. Rota Rom. 19. Junii 1648. in una Tiburina affixas part. 10. decis. 210. num. 7. & sic tenet gloss. fin. in leg. Item queritur §. Qui impleto, prope finem, vers. Item quod si in rusticis ff. locati, conducti, & sic Bartol. Bald. Donatus, & alii passim. Et circa hoc notandum, quod si locatio rei fructificantis singulis annis fiat ad novennium simpliciter & indivisibiliter, est nulla, & invalida etiam pro primo triennio, sic decidit Rota Rom. 1. Junii 1612. in Aretina bonorum, part. 3. decis. 435. n. 3. plures allegans DD. nec refert, dicit Rota, quod quamplures teneant contrarium sententiam, quia non videtur recedendum à prædicta opinione, quam Rota uti veriorum pluries approbavit, ut in causa Romana de devolutione domus 4. Februarii 1583. coram D. de Rubéis & in alia Placentina decimarum 2. Junii 1585. & in alia Brisens. locatioris 5. Decemb. 1594. Si autem locatio fiat ad novennium divisibiliter ad primum, & secundum, & tertium triennium, ut uno triennio elapso semper liberi remaneant contrahentes, tunc valet, & tenet locatio pro primo triennio, quo elapso, si non rescindatur contractus, valet etiam pro secundo, & sic de tertio, quia talis locatio non censetur facta in fraudem legis, sed solummodo ad evitanda incommoda, & expensas in reiteratis contractibus, & scripturis, & sic tenet Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. num. 10. & seqq. Gutierrez, Engel, & alii passim, & sic decidit Rot. Rom. 27. Februar. 1640. dec. 826. coram Merlino.

Quarto sine solemnitatibus possunt dari in feudum, vel emphyteusim res immobiles ecclesiasticæ ab antiquo in feudum, vel emphyteusim dari solita: habetur expresse in cit. extravag. Ambitiosæ, in qua à generali prohibitione alienandi res ecclesiasticas expresse excipiuntur res immobiles ab antiquo concedi solite in emphyteusim, præcis his verbis: Præterquam de rebus, & bonis in Emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & sic tenent comm. DD. cum Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 95. num. 22. & seq. Rota in Romana Domus 27. Novemb. 1687. coram Blanchetto & in Imolens. bonorum 21. Maji 1593. coram Pamphilio, dummodo tamen solitum non alteretur, Rota in dicta Imolens. bonorum coram Pamphilio. Ad hoc autem, ut res ecclesiasticæ dicatur solita alienari, requiritur quod precedat una locatio solemniter, vel due sine solemnitatibus cum spatio quadraginta annorum. Rota in Zamoren. Castri 15. Decemb. 1507. coram Serafino, in Averiana tenimenti 24. Novemb. 1581. coram Cantuccio, in Senens. prædii 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, in Pisaurina Bonor. 20. Februarii, & 3. Decemb. 1584. coram Cantuccio, & in Romana Domus 15. Januarii 1587. coram Blanchetto. Non tamen requiruntur necessario uniformes. Rota in Pisana bonorum 20. Februarii 1684. coram Cantuccio. Et sufficit quod una sit valida; Rota in d. Pisana bonor. 20. Februarii 1584. coram Cantuccio. Si tamen res ecclesiasticæ solita alienari, sit denuo incorporata ecclesie, non potest locari sine solemnitatibus, Rota in Mediolan. bonor. 23. Jan. 1593. coram Orano.

Quinto sine solemnitatibus alienari possunt fructus, & alia bona ecclesiastica, que servando servari non possunt; habetur expresse in cit. extravaganti. Ambitiosæ præcis his verbis: Præterquam de fructibus, & bonis, que servando servari non possunt pro instantis tempo-

- ris exigentia. Et pro bonis, quæ servando servari non possunt intelliguntur illæ res mobiles, quæ non durant triennio, vel quæ usu consumuntur, & non fructificant; argum. leg. Quæ lex §. ultim. de administrat. tutorum, & cap. Vestra, de loco, Fagnan. cap. Nulli 13. hoc tit. Quaranta, Rebuff. Castropalao, & alii passim cum Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 95.
6. n. 37. Sexto sine solemnitatibus alienari possunt res ecclesiasticæ, quando summa alienandi instaret necessitas, & Papa de facili adiri non potest, & esset periculum in mora, ut pro alimonia pauperum urgente necessitate, pro redemptione captivorum, & pro similibus: cap. Aurbas in cap. final. num. 8. de Ecclesiis edificandis. Quaranta, Piassec. Ugolin. Clarin. Filliuc. Rebuff. Bonacina, & alii passim cum Barbosa loc. cit. num. 58.
7. Septimo sine solemnitatibus alienari possunt mancipia ecclesie, seu servi fugitivi, & qui de fuga revocati, retineri non possunt, cap. Terrulas 12. quest. 2. ubi ex Concilio Agathensi habentur præcis verba: servos quoque fugitivos, qui revocari non possunt, similiter Episc. distrabere licet, & cap. Fugitivi eadem caus. 12. & quest. 2. ubi ex eodem Concilio ordinatur expresse, quod alienentur fugitivi, qui teneri non possunt.
8. In alienatione rerum exigui valoris licet haud requirantur solemnitates, concurrat tamen oportet justa causa, Rouseaud de la Combe in sua jurispr. canon. verb. Alienatio bonor. eccles. sect. 4. num. 3.
9. Rectè monet Auctor num. 8. quod triennium, intra quod est permessa locatio bonorum ecclesie, intelligi debeat non de triennio temporis, sed de triennio fructuum, non de spatio intra quod fit terra fructuum collectio. Quo fit, ut si fundus aliquis non singulis annis, sed biennio, vel triennio integros fructus reddat, fieri possit locatio bonorum ecclesie ad sex vel novem annos, ut præter allegatos ab Auctore, firmant Leur. in Jus canon. lib. 3. tit. 13. de reb. eccles. non alien. quest. 145. sub n. 1. Schmalzgr. Jur. eccles. univ. part. 2. tit. 18. de locat. & conduct. §. 1. sub num. 29. Card. de Luc. de loc. & conduct. disc. 21. num. 19. Pignatelli. consult. canon. tom. 4. consult. 223. n. 1. Pacian. de locat. & conduct. cap. 14. §. 6. n. 2. An & quando locatio ad novennium vel pro toto novennio vel pro triennio sustineatur necne, vide Louvers dissert. can. 13. à num. 74. ¶ (Cum num. præcedentibus ferè consonant leg. 1. 2. 5. & 7. tit. 14. p. 1. corroboraturque etiam eadem Auctoris doctrina per l. 2. tit. 7. lib. 3. For. Reg. 60. tit. 18. part. 3. 4. tit. 5. 8. tit. 13. p. 5. 16. 18. & 20. tit. 16. p. 6. in quibus de rebus minorum agitur, & quamvis non tam expresse decernatur, satis indicant prædictæ doctrinæ observantiam.)

ARTICULUS IV.

Alienatio quoad eas res, & casus, in quibus nequit fieri sine solemnitatibus.

SUMMARIUM.

1. Quamvis primo sine solemnitatibus possit fieri alienatio rei ecclesiasticæ pro solvendis debitis illius, qui bona, & hereditatem reliquit ecclesie, cum talia bona nondum sunt ecclesie incorporata.
2. Requiritur tamen beneficium apostolicum pro tali alienatione, quando bona sunt jam ecclesie, vel pio loco plene incorporata.
3. Secundo licet sine solemnitatibus, aut beneficium apostolicum, & Episcopii facultate possit res ecclesie in aliam transmutari.
4. Non sic tamen in subrogatione patrimonii clericali, quod alienari non potest sine licentia Episcopii, etiam si in locum ejus subrogetur beneficium.
5. Tertio licet sit multum probabile, quod Prelatus possit sine solemnitatibus, & beneficium apostolicum repudiare legatum factum ecclesie, etiam de rebus immobilibus.
6. Tamen probabilius est Prelatum non posse sine beneficium apostolico repudiare legata, seu hereditates relictas ecclesie, monasteriis, & aliis locis piis.

7. Afferuntur rationes ad num. 10.
11. Quarto sine beneficium apostolicum, aut solemnitatibus nequeunt alienari Jura perpetua ecclesie, adeoque neque servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine beneficium apostolico.
12. Quinto sine beneficium apostolicum nequit fieri ulla transactio, qua cedantur Jura super bonis præsentibus ab ecclesia, licet illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat.
13. Sexto sine solemnitatibus, & beneficium apostolicum nequit fieri alienatio ab una ecclesia in aliam, immò neque inter personas ejusdem ecclesie, ad num. 14.
15. Septimo sine solemnitatibus, & beneficium nequit fieri arborum incisio, & venditio, quando incisio, & venditio est in magna quantitate cum notabili detrimento fundi, & quando arbores sunt fructiferae, ad num. 19.
20. Non sine beneficium apostolicum runt mille, & invalida locationes, seu concessiones ad longum tempus bonorum ecclesie, seu capituli, quomvis fiant inter Canonicos, & Beneficiatos ejusdem ecclesie alienantis.
21. Decimo sine beneficium apostolicum non possunt alienari annui census creati ad formam Bullæ Piæne.
22. Immo si contractus maneat in suo robore, & non sit rescissus, neque possunt annui census diminui, & reduci ad minorem fructum absque requisitiis solemnitatibus.
23. In casu autem, quod capitale census fuerit restitutum, tunc si pro investitione non inveniantur fundus tot reddens redditus, quos redderet primus, tunc valide, & licite fieri potest investitio pro minori reddito.
24. Sic pariter valida, & licita est investitio pro minori redditu in fundo securo, relicta investitione pro majori redditu in fundo periculoso.
25. Undecimo sine beneficium apostolicum nequeunt alienari loca mortuorum, seu pecunia collocata in montibus.
26. Duodecimo sine solemnitatibus nequeunt alienari bona ecclesie, licet sint ita ecclesie relicta, vel donata, ut possint pro libito sine solemnitatibus alienari.
27. Si autem bona aliqua relinquantur ecclesie sub conditione, ut talia bona vendantur ad aliquem determinatum effectum, tunc possunt alienari talia bona sine solemnitatibus, ut sic adimpleatur mens testatoris.
28. Tertiodecimo regulares quomvis possent aliis alienare bona suorum ecclesiarum, vel monasteriorum nulla petita licentia à Sede Apostolica, vel à loci Ordinario ex privilegiis sibi concessis: Quia circa hoc sint concessa privilegia, sive sint exempti regulares à jurisdictione Ordinarii, aut è contra, ad num. 44.
45. Auctores supp. inseruntur, ad num. 55.

Quamvis primo sine solemnitatibus possit fieri alienatio rei ecclesiasticæ pro solvendis debitis illius, qui bona, & hereditatem reliquit ecclesie, cum talia bona nondum sunt ecclesie, seu loci pio incorporata, ex quo per additionem hereditatis non censetur acquiri hæreditas, nisi illa bona, quæ remanent deducto ære alieno, l. Subsignatum §. Bono ff. de verb. signif. cum bona hereditaria transeant in potestatem hæredis etiam ecclesiastici tamquam obligata alienationi, & idè postea non tam alienet, quam exequatur obligationem susceptam alienandi pro solvendis debitis, ut tenet Pignat. tom. 6. consult. 95. n. 38. Monacell. part. 1. tit. 5. formul. 25. n. 24. Panimol. & alii passim cum Rota in Amerina Bonorum 2. Julii 1645. coram Royas; Requiritur tamen beneficium apostolicum pro tali alienatione, quando bona sunt jam ecclesie, vel pio loco plene incorporata, ex decreto Sac. Congr. Conc. in una Salutarum 20. Septembris 1624. lib. 27. decret. p. 103.

BIBLIOTECA CENTRALI



Secundo licet sine solemnitatibus aut beneplacito apostolico, & Episcopi facultate possit res ecclesie in aliam transmutari, v. gr. Calix vetustus in Crucem, silva inutilis in olivetum, vinea deserta in pratum, & alia hujusmodi, quia ista non est proprie alienatio, neque distractio, sed in rem magis utilem, & necessariam conversio, ut docent Delbene tom. 2. c. 27. dub. 23. n. 11.

Antonius a Spiritu Sancto, cum aliis passim; Non sic tamen in subrogatione patrimonii clericalis, quod alienari non potest sine licentia Episcopi, etiamsi in loco ejus subrogetur beneficium. Sic decrevit Sac. Congr. Conc. 16. Apr. 1622. l. 4. p. 321. (Id. Aud. 4. §. 21. t. 4. l. 1. Cast.)

Tertio licet sit multum probabile, quod Prelatus possit sine solemnitatibus, & beneplacito apostolico repudiare legatum patrimonii ecclesie, etiam de rebus immobilibus, ut tenent plurimum magni nominis DD. ut Jason. Federicus de Senis, Zoensis, Cardin. de Luca, Barbosa, Silvester, Sanchez, Castropalao, Lessius, Anacleus, & multi alii; Tamen probabilis est, Prelatum non posse sine beneplacito apostolico repudiare legata, seu hereditates relictas ecclesie, monasteriis, & aliis locis piis. Sic tenent Baldus in l. Contra Juris §. 1. ff. de pacis; Ancharanus, Angelus Quaranta, Amostaz, Tondutus, Tamburinus de Jure Abbarum, Molina, Azorius, Pinellus, Monacelli, Engel, Naldus, Fillucius, Lambertin. & multi alii; stando in punto Juris, etiam Barbosa p. 2. alleg. 95. n. 54. & Rota Rom. coram Celso decis. 8. n. 8. h. ratio est, quia repudiatio legati in Jure expressa dicitur alienatio, l. Magis puto §. Fundum, ff. de rebus eorum, qui sub tutela &c. ubi habentur precisa verba Fundum autem legatum repudiare sine Prætoris auctoritate non potest, esse enim & hanc alienationem,

8 cum res sit pupilli, nemo dubitat. Tum quia necum prohibetur, ut defendit Barbosa l. c. alienatio rerum ecclesiasticarum acquisitarum, sed etiam acquirendarum; hujusmodi enim res transeunt in ecclesiam ipso Jure, & possessio absque traditione in eam transferitur l. fin. eod. de sacrosanct. Ecclesie; accedit textus in l. Qui actionem, ff. de regul. jur. ubi dicitur: Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. Immo illas res credere non potest Prelatus, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur adisse, & ita potius est in acquisitione, quam in acquirendo, adeoque &c. Tum etiam quia Prelatus tenetur procurare utilitatem ecclesie sibi commissæ, eideque acquirere quantum potest, altas tenetur de suo satisfacere, ex Conc. Bracaren. relat. in cap. Quicumque 12. q. 4. & gloss. ibid. vers. Aut neglectum. Prelatus autem repudiando legatum factum ecclesie non procuraret ipsius ecclesie utilitatem; nam non acquirere est insidiari l. 1. §. Conferitur, ff. de coll. bonor. ubi precise habetur: Ceterum si id egerit, ne quid acquireret, hoc etiam sibi insidiari est. Vide verb. Legatum 133. & seq. & Card. Petram tom. 1. Comment. ad const. 5. Pauli II. sed. 2. ad n. 78. ubi multa habet ad rem. (Vid. l. 7. tit. 19. p. 6. ubi indicari videtur in repudiatione hereditatis minori relicte auctoritatem judicis requiri.)

Quarto sine beneplacito apostolico, aut solemnitatibus nequeunt alienari Jura perpetua ecclesie, adeoque nec servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine beneplacito apostolico. Quaranta in summa Bullar. verb. Alienatio num. 21. Corrad. praxis dispens. lib. 9. cap. 4. n. 15. Pissacec. Passerin. Monacell. & sic decrevit Sac. Congr. Conc. in Albanen. 21. Junii 1698. in qua, ut refert Monacell. agebatur de impositione servitutis immittebat tigna, & sustentant super muros Conventus PP. Minorum Conventualium.

Quinto sine beneplacito apostolico nequit fieri ulla transactio, quæ cedatur Jura super bonis præsentis ab ecclesia, licet illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat. Rota coram Cocchio decis. 301. n. 1. Addit. ad Burat. decis. 690. numer. 18. in fin. Addend. ad Gregor. decis. 418. n. 17. & sic decrevit Sac. Congr. Concil. in Arcudana Beneplaciti 14. Februar. 1699. reprobando opinionem aliquorum DD. putantium transactionem, sive concordiam de rebus ad ecclesiam aliquo modo spectantibus, eidem tamen adhuc non incorporatis, neque ab eadem possessis, fieri posse absque be-

neplacito apostolico, si renuntiet, aut dimittat pro aliquo rei certæ acquisitione.

Sexto sine solemnitatibus, & beneplacito apostolico nequit fieri alienatio ab una ecclesia in aliam; immo neque inter personas ejusdem ecclesie; (Contrarium dicitur in l. 5. tit. 14. p. 1. nam affirmatur posse Episcopum Clericorum ejusdem ecclesie assensu in aliam rem ipsius alienare; Vide etiam l. 4. §. 5. & 6. ejusd. tit. & p. in quibus donationes assignantur quæ ut factæ ab Episcopo de rebus ecclesie validationem capiunt) ne, ut tenet Rota p. 7. dec. 191. num. 12. detur occasio disceptandi unum altare pro altero cooperando in diminutionem divini cultus, & colligitur clare ex c. 1. De rebus eccler. non alienand. in 6. ubi fuit declarata invalida alienatio decimarum facta ab una ecclesia in aliam sine requisitis solemnitatibus, quia dicitur textus, Tractatus solemnibus, & diligens, quia in talibus concessionibus perperis, & alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem. Et ad hoc facit etiam cap. Sine exceptione 12. caus. 12. quest. 2. ubi generaliter prohibetur fieri donationes, venditiones, permutationes, aliasque omnes alienationes rerum ecclesiasticarum sine solemnitatibus requisitis, adeoque ibi censetur etiam prohiberi alienationes de una ecclesia in aliam, cum ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debeamus leg. Non distinguuntur ff. de recep. arbitr. leg. Presb. ff. de officio Præsidis cap. Quia circa 22. de privileg. cum similibus; & lex generaliter loquens, generaliter sit intelligenda, l. 2. §. generaliter ff. De legat. præst. Et hanc sententiam tenent Rota part. 4. tom. 2. decis. 234. num. 23. Abbas in cap. Sicut nostri num. 4. De jurejurand. Redoan. Navarr. Rebuff. Gratian. Seraphio. alique plurimi secundum praxim Curie Romanæ, quam talem esse testantur etiam Doctores contrarie sententiæ, & sic declaravit Sac. Congr. Concil. in una Neapolitana 24. Januar. 1632. his verbis; Sacra &c. Dubio proposito mature discusso censuit, permutationem inter duas ecclesias absque solemnitatibus factam, effectuatam minime sustineri, & Reiores ipsarum ecclesiarum incidisse in penas cap. 22. sess. 22. de Reform. & extravaganis Ambrosiæ, & in visitationem SS. Liminum Episcopi Carthaginensis 11. Junii 1712. ad primum.

Septimo sine solemnitatibus, & beneplacito nequit fieri arborum incisio, & venditio, quando incisio, & venditio est in magna quantitate cum notabili deterioratione fundi, & quando arbores sunt destinatæ ad afferendum fructum annuum, & non sunt caduæ, ut sunt nuces, castanæ, poma, olivæ, & alie hujusmodi primario destinatæ ad fructum annuum; harum enim alienatio cadit sub prohibitione, cum defectu ipsarum fundus notabiliter deterioretur; Sic tenet Rota part. 2. decis. 553. n. 1. & DD. passim. Potest tamen sine beneplacito fieri incisio, & venditio arborum, quando sunt vetustæ, ac inutiles, & indigent renovari, ut sunt vitæ vetustæ, malus, arantium vetus, & alie hujusmodi, vel quando arbores sunt nimis densæ, & opacæ, cum densitas, & opacitas, seu umbra impediat, & nocet fructibus, & ex tali incisione fundus evadat fructuosior; Vel quando arbores sunt primario destinatæ ad cætionem, ut fructificetur in ratione ligni, ut sunt arbores silvæ caduæ, nemoris & hujusmodi, quæ renascuntur, & per incisionem sunt in fructu, & per earum incisionem fundus non deterioratur, sed melioratur, adeoque earum incisio, & venditio non est prohibita, cum fructus non prohibeantur alienari ex cit. extrav. Ambrosiæ ipsos expressè excipiente his verbis; præterquam de fructibus. Sic Rota ubi sup. cum DD. passim. Vid. Card. Petram tom. 5. comment. ad const. 5. Pauli II. scol. 2. ad num. 12. ad 15. ubi plura decreta afferunt ad rem. (Vide add. hisp. verb. Pascha, ubi demonstrantur requisita ad similes incisiones efficiendas; quibus deficientibus, sit effectum sortiturum, penas determinatas incurrere controventientes, neminem lateat.)

Octavo sine beneplacito apostolico non possunt bona ecclesiastica, sive mobilia pretiosa dividi in plura corpora, ad hoc ut minuat valor, & reducantur ad esse Terrularum, vel ad æstimationem minorem quadraginta

scutis romanis, ut res fiat auctoritate Episcopi alienabilis. Hoc enim esset aperte agere in fraudem legis, & absque solemnitate alienare, quæ sine ipsa sunt inalienabilia per cit. extravag. Ambrosiæ, & alia superiora citata jura; & ideo esset rotaliter illicita, & invalida talis fraudulenta alienatio ratione male fidei, tam alienantis, quam emporis fraudi scienter consentientis. Et sic Clement. VIII. approbante declaravit Sac. Congr. deputata super moderatione Brevis Greg. XIII. circa bona ecclesiasticarum diocesis Parmensis ad Livell. concessa 7. Octobris 1602. in respons. ad prim. dubium. (Consonant leg. 4. & 5. tit. 14. p. 1.)

Non sine beneplacito apostolico sunt nullæ, & invalidæ locationes, seu concessiones ad longum tempus bonorum ecclesie, sive capituli, quamvis fiant inter Canonicos, & beneficiatos ejusdem ecclesie alienantis, adeoque sunt rescindendæ non obstante contraria consuetudine, quæ corruptela dicitur, ut declaravit Sac. Congr. Concil. in Astens. 26. Junii 1688. confirmata 24. Januar. 1699. & in Tarent. 5. Martii 1701. & Sac. Congr. Episcop. Bithens. 20. Decembris 1697.

Decimo sine beneplacito apostolico non possunt alienari annui census creati ad formam Bullæ Pianæ, (Vid. add. hisp. in verb. Census, in eaque denotatur non esse pianam constitutionem seu receptam) quia cum ipsi census sunt constituti super rebus immobilibus, qui singulis annis fructificant, connumerantur inter bona immobilia ex Clem. Xvi. §. Cumque annui redditus, de verbor. & Rot. p. 12. decis. 413. n. 70. Immo si contractus maneat in suo robore, & non sit rescissus, neque possunt annui census diminui, & reduci ad minorem fructum absque requisitis solemnitatibus, quia diminutio redditus est species alienationis, ut clarè docent Ricc. decis. cur. archiep. Neap. 134. p. 1. per tot. & in praxi p. 1. resol. 88. n. 2. Donatus. 2. p. 2. tract. 14. q. 38. n. 1. & alii passim. In casu autem, quod capitale census fuerit restitutum, tunc si pro investitione non inveniatur fundus tot reddens redditus, quod reddebat primus, ut si v. g. primus fundus reddebat quinque pro centum, nunc non inveniatur nisi fundus, qui reddat quatuor, tunc validè, & licitè fieri potest investitio pro minori reddito, cum restanti valeat quanti vendi potest: l. Pretia rerum ff. ad l. Falcidiam. Sic pariter valida, & licita est investitio pro minori reddito in fundo securo, relicta investitio pro majori reddito in fundo periculoso; nam sic utilis geruntur res ecclesie, cum plus valeant quatuor v. g. certa, quam quinque, vel sex periculosa.

Undecimo sine beneplacito nequeunt alienari loca montium, seu pecunia collocata in montibus; quia pecunia sic applicata est fructifera, cum pariat Jus exigendi quotannis certæ pecunie summam, adeo ut talis pecunia collocata in montibus seu ipsa loca montium connumerentur inter bona immobilia, quæ sine beneplacito alienari non possunt. Sic Feder. de Senis, Gabriel, Peregr. Seraph. Alcias. Donat. Bonacin. & alii passim, & Rota Rom. p. 5. decis. 177. n. 38. & decis. 355. n. 28. & p. 6. decis. 177. n. 38. & dec. 355. n. 28. & p. 6. decis. 73. num. 15. & part. 12. decis. 413. num. 72. & 73.

Duodecimo sine solemnitatibus nequeunt alienari bona ecclesie, licet sint ita ecclesie relicta, vel donata, ut possint pro libito sine solemnitatibus alienari, quia cum res legata ecclesie, statim restatore defuncto efficitur ecclesiastica ministerio legis, dispositio hominis non potest constitutionem canonum immutare. gloss. in c. Tua nobis verb. Interdicti de testam. Quaranta in Summ. Bullar. verb. Attentio n. 31. Barbosa ad off. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. num. 70. Ventrig. Donat. Passerin. Diana, Monacelli, & alii, & expressè Corrad. prax. dispens. lib. 9. cap. 7. num. 5. his verbis: "Advertendum est tamen, quod sub Pontificatu Urbani VIII. magna desuper orta fuit controversia, nam ita ferente casu, post multa hinc inde deducta coram bonæ memoriæ. Regio Ulrino Datario, ac pluribus Advocatis informantibus, re etiam ad ipsum Urbanum delata, fuit resolutum negative, nempe prohibitionem alienationis rerum ecclesie, locum sibi vindicare etiam in casu, quo res ita donatur, vel legatur ecclesie, ut possit

alienari sine solemnitatibus, quia nihilominus illa requiruntur, non obstante dicta voluntate, quæ tamquam illicita, servanda non est." Hic tamen observandum est, quod si bona aliena relinquuntur ecclesie sub conditione, ut talia bona vendantur ad alium determinatum effectum, v. gr. ut esse illorum pretio emanantur lampades, vel candelabra argentea, vel calices, vel alia ad Dei cultum, vel ut dotentur Virgines, & similia, tunc possunt alienari talia bona sine solemnitatibus, ut sic adimpleatur mens testatoris, (Vid. leg. 32. tit. 11. p. 6.)

Tertiodecimo Regulares quamvis possent aliàs alienare bona suarum ecclesiarum, vel monasteriorum, nulla petita licentia à Sede Apostolica, vel à loci Ordinario, ex privilegiis sibi concessis à variis Summis Pontificibus, ut à Leone X. Clemente VIII. & aliis, & præcipuè à Gregorio XIII. in sua constitut. incip. Apostolicæ Sedis, & in alia incip. Ex incurventi. Tamen hodie dicta privilegia sunt revocata per speciale decretum jussu Urbani VIII. à Sac. Congr. Conc. edit. 7. Septembr. 1624. & Regulares non habentes speciale privilegium posterius tali decreto, non possunt alienationem facere sub gravibus penis in decreto contentis, quæ ut ab omnibus commode sciri possint, datur hic ad literam tenor decreti.

"Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, rerum experimento edocta, quantum Religionis accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium detractioibus, quas crebro faciunt Regulares apostolice privilegii innoxii, ac proinde operæ pretium putans illorum facultatem aliquæ ratione compescere, speciali Sanctissimi Domini Nostri jussu Generalibus, & Provincialis, Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus Generalibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regularibus ejusdem Ordinis, Congregationis, Societatis, Instituti infra fines Europæ existentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium alienationem, omnique pactum, per quod ipsorum dominium transferretur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, cessionem in feudum, vel emphyteusim, præterquam in casibus à Jure permissis, fieri perpetuo prohibet, atque interdicit absque illius Sac. Conc. expressa licentia in scriptis, & gratis concedenda, sub pena privationis omnium officiorum, quæ tunc obtineant, vocis, &que activæ, & passivæ, ac perpetuè inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali, & Provinciali illam moderandi, ac relaxandi facultate, penis nihilominus Apostolicæ Constitut. & præsertim felicitis recordationis Pauli II. quæ incipit, Ambrosiæ, in suo robore permansuris. Alienationes vero, pacta, census, hypothecas, locationes, conductiones, & concessiones quascumque contra hujusmodi prohibitionem faciendas, Sanctitatis Sæc. auctoritate ipso jure, nullas, atque irritas decrevit. Non obstantibus Constitut. & Ordinatione. Apost. in favorem quarumcumque Personar. atque Ordin. tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiar. etiam S. Joannis Hierosolym. Congregationum, Societatum, ac cujusvis alterius Instituti, etiam necessariis, & individuò exprimentis, monasteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, ac locorum Regularium quorumcumque, nec illorum, etiam juramento, confirmatione apostol. vel quavis firmitate aliorboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decret. etiam de motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, & aliqua alia exquisita forma

BIBLIOTECA CENTRAL